



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Amen amen dico uobis, qui non intrat per Ioh. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Et reliqua.

**P**ropter phariseorum qui se uidere iactabat, cum cæci erant, uenenatam & superbam & insanabilem arrogantiam, dñs Jesus ista contexuit, quæ in hac parabola leguntur, quam ipse ille non intelligentibus exponere dignatus est, in qua nos salubriter (si aduertamus) admonuit, non gloriari in sapientia humana, nō in morum dignitate, sed in humilitate fidei catholicæ, quæ in Christum non desit. Multi enim sunt pagani, qui secundum quandam uitæ huius consuetudinem dicuntur boni homines innocentes, & quasi obseruantes ea quæ in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non moechantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non falsum aduersus quenquam testimonium perhibentes, non concupiscentes domum proximi sui, non desiderantes aut uxorem aut seruum aut ancillam proximi, & cætera talia quæ in lege mandata sunt, uelut obseruant Christiani, & Christiani non sunt, & plerique se iactant, quod isti pharisei, dicentes: Nunquid & nos cæci sumus? Sed hec omnia inaniter faciunt, quia non intrant per ostium, sed aliunde tumidi fastu, q̄si per seipso ascendere querunt. Quapropter dñs similitudinē proposuit de grege suo, & de ostio quo ingrediatur ad ouile. Quid enim prodest uana iactantium de bene uiuendo inflatio, dum ad finem perpetuâliter be-

Ioh. 9.

ne uiuendi, uita eorum non perueniat? Ad hoc enim  
debet unicuique proficere bene uiuere, ut detur illi  
semp bñ uiuere. Nam si cui non datur semper bñ  
uiuere, quid pdest ei bene uiuere ad tempus? Igitur  
nec bene uiuere dicendi sunt, qui sine uiuendi uel  
excitate nesciunt, uel inflatione contemnunt. Non  
est autem cuiquam spes uera uel certa semper uiuendi,  
nisi agnoscat uitam quae est Christus, & per ianuam  
intret in ouile. Sunt enim quidam homines, qui  
in suis gloriantur moribus, & alios post se trahere  
querunt, non de Christi præceptis instruentes  
suos sectatores, sed suis exēplis uiuere eos suaden-  
tes. De quibus alio loco ipsa ueritas ait: Docentes  
doctrinas hominum, & mandata dei contemnentes.  
Hi per aliam partem ascendere querunt, rapere  
& occidere, nō ut pastor saluare atq; conseruare.  
De talibus hic dictum est: [ Sed ascendit aliunde.  
ille fur est & latro.] Non solum uero tales inueni-  
untur doctores inter eos, qui sine nomine Christi  
sunt, sicut multi philosophorum, qui suam sapien-  
tiam buccis crepantibus uentilabant, & uitam be-  
atam suis sectatoribus promiserunt: uerumeriam  
plurimi qui Christiano nomine censebantur, & il-  
luminatos a Christo se esse iactabant, fingentes si-  
bi noua queq; nomina de Christo, & fidei catholi-  
ce contraria, sicut innumerabiles hæretici faciebant,  
testimantes se falso nomine per ianuam, que Christus  
est, intrare. Sabellius dicit: Qui filius est, ipse  
est pater: sed filius non est pater. Non intrat per  
ostium, qui filium dicit patrem. Arrius dicit: Aliud  
est pater, aliud filius. Recte diceret, si diceret, alias.  
non aliud. Quando enim dicit aliud, ei contradicit,  
a quo audit: Ego & pater unū sumus. Nec ipse Ioh. 10.

Mat. 7. 9

O in



ergo intrat per ostium. Prædicat ergo Christum, qualem sibi flingit, nō qualem ueritas habet. Pho-  
tinus dicit; Christus homo est tū, non deus. Nec  
ipse ergo intrat per ostium, quia Christus & ho-  
mo & deus est. Huic cīn noua hæresis, quæ nostris  
temporibus orta est, consentire uidetur, affirmar-  
de & prædicādo. Christus, sicut qlibet suorū, nun-  
cupatiuus de⁹ est, & nō uerus. Quid opus est mul-  
ta percurrere, & multa uana hæresis dinumerare?  
Hoc tenete, ouile Christi ecclesiam catholicam es-  
se credite. Quicunq̄ intrare uelit in ouile, per osti-  
um intrat, id est, per Christum & Christū uerū de-  
um, & uere filium dei prædicē. Non solum Chri-  
stum uerum p̄dicer, sed Christi gloriā quærat, nō  
suam. Nā multi q̄rendo gloriam suam, oues Chri-  
sti sparierunt potius, quam cōgregauerunt. Humi-  
lis est em̄ ianua Christ⁹ dñs noster. Qui intrat per  
hanc ianuam, oportet ut humiliet se, ut sano capi-  
te possit intrare. Hi sunt qui ueri pastoris uocem  
audiunt. Hi sunt, quos proprias oues nominatim  
uerus pastor uocat. de his dictum est, Gaudete &

Lucc. 9. exultate, quoniā nomina uestra scripta sunt in ce-  
Ioh. 10. lis: hinc em̄ eas uocat nominatim. Et q̄s alius emit-  
tit, nisi qui peccata dimittit, ut eum sequi duris li-  
berat i vinculis possint? Et quis eas præcessit, quo-

Rpm. 6 cum sequantur, nisi qui resurgens a mortuis, iam  
non moritur, & mors illi ultra non dominabitur?  
Has uero educit a fide ad spem, & ante istos  
uadit, quia prior omnium ascendit in cælum: &  
quæ sunt oues suæ, illum sequuntur, q̄a sciunt uo-  
cem doctrinæ suæ. Alienos uero doctores non se-  
quuntur, sed fugiunt ab eis, quia non nouerunt uo-  
cem (id est, doctrinam) alienorum. Sed loquente

deo Iesu, non intellexerunt qui audierunt. In crastina  
tum em̄ habuerunt cor, & grauiter audierunt. No-  
minat ostium, nominat ouile, nominat oves, com-  
mendat hæc, sed nondū exponit. Legamus ergo,  
quia uenturus est ad ea uerba, in quibus nobis ali-  
qua que dixit, dignetur exponere, ex quorum ex-  
positione dabit nobis fortasse etiam illa, que non  
exposuit, intelligere. Pascit enim manifestis, exer-  
cer obscuris. Audiamus exponentem, quem audi-  
uimus proponentem.

Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen  
dico uobis, quia ego sum ostium ouium.

Ecce ip̄sum ostium quod clausum posuerat,  
aperuit. Ip̄se est ostium. Agnouimus, intremus, ut  
nos in trāsse gaudeamus.

Omnes quotquot uenerunt, fures sunt &  
latrones. ] Quid est hoc dñe, omnes quotquot ue-  
nerunt. ] Quid em̄ tu non uenisti? Sed intellige.  
omnes quotquot uenerunt, dixit, utili p̄ter me.  
Recolamus ergo, Ante aduentum ipius uenerunt  
prophetæ, nunquid fuerint fures & latrones? Ab-  
sit. Non p̄ter illum uenerunt, quia cum illo ue-  
nerunt. Venturus præcones mittebat, sed eorū cor-  
da quos miserat, possidebat. Cum illo ergo uene-  
runt, quia cum uerbo dei uenerūt. Ego sum, inquit, Ioh. 14.  
uia, ueritas & uita. Si ipse est ueritas, cum illo ue-  
nerunt, quia ueraces fuerunt, & ueritatē p̄dica-  
uerunt. Quotquot aut̄ p̄ter illum uenerunt, fu-  
res sunt & latrones. Per se uenerunt, quia per cum  
missi non fuerunt, dicente Apostolo: Quō p̄di-  
cabunt nisi mittantur? Et quia per se uenerunt, &  
non sunt ab eo missi, fures sunt & latrones. Nam

O 1.ij

Ante aduentum Christi, falsi fuerunt in populo dei prophetæ & falsi doctores, sicut post aduentum illius sub nomine Christiano quod plurimi falsi fuerunt doctores: nec doctores, sed seductores: non predicatores, sed p̄datorēs: latrocinia exercētes, non sanctę doctrinę inherētes, de quibus dictum est: [Fures sunt & latrones, id est, ad furādum & occidendum uenerunt.

Sed non audierunt eos oues

ille quae uerae sunt oues, non sub pelle ouina lupi num cor abscondentes. Igitur qui ante aduentum Christi prædicauerunt, eodem spiritu prædicauerunt, quo apostoli & sancti doctores, qui post aduentum Christi, ueritatis uia mundo ostenderunt. Quorquot autem illo tempore crediderunt uel Abram, uel Isaac, uel Iacob, uel Moysi, uel alijs patriarchis & prophetis Christum prænuntiantibus, oues erant, & Christum andierunt: non alienā uocem, sed ipius Christi audierunt. Nam iudex clamat in præcone, dum præco iudicē annunciat uētum. Alij sunt ergo quos non audierunt oues, in quibus non erat vox Christi, errantes, falsi dicentes, inania garrientes, uana fingentes, miseros seduccentes, sicut pseudo prophetæ, sicut scribæ & pharisæi temporibus ipsius dñi. His sunt qui uenerunt per se, & non sunt a iudice missi. His uero cum doctrinis suis procul expulsis, uideamus quo nos pastor bonus uocat. Dicit enim:

Ego sum ostium ouium. Per me si quis intraverit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. ] Et hoc euidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium. Sed quid est, [Ingreditur & egrediciur,

& pascua inueniet. ] Ingredi q̄ppe in ecclesia Christi per ostium, ualde bonus est: exire autem de ecclesia (sicut ait ipse Iohannes euangelista in epistola sua: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis) *i. Ioh. 2:1*  
 non est utiq̄ bonum. Talis ergo egressus non potest a bono pastore laudari, ut diceret: ] Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. ] Est ergo aliquis non solum ingressus, uerum etiam egressus bonus per ostium bonus, quod est Christus. Sed quis est ille laudabilis & beatus egressus? Possum quidem dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus: egredi aut, quādo exteri⁹ operamur. Ex quo patet (sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris) ingredi per Christum esse, secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per Christum, secundum ipsam fidem etiam foris, id est, coram hominibus, opera ri. Vnde & in Psalmo dicitur: Exier homo ad opus suū. Et ipse dominus dicit: Luceant opera uestra corā hominibus. Sed plus me delectat quod ipsa ueritas tanquam pastor bonus, & ideo doctor bonus, quodammodo nos admonuit, quemadmodū intelligere debeamus quod ait: Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet, cū securus adiunxit:

Fur nō uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundanter habeant. ] Videtur enim dixisse, ut uitā habent ingrediētes, & abundanter habeant egrediētes. Non autem potest quisquam per ostium, id est, per Christum egredi ad æternam uitam, quæ erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est, per eundem Christum in ecclesia eius, quod est ouile eius, intrauerit ad uitam temporalē, quæ est in fide. Ideo

O v

Eph. 3.

Psal. 103  
Mat. 5.

ait: [Ego ueni ut uitam habeant,] hoc est, fidem  
quæ per dilectionem operatur, per quam fidem in  
ouile ingrediuntur ut uiuant, quia iustus ex fiduci  
uit. [Et abundantius habeant,] quia perseveran  
do usq; in finem per illud ostium, id est, per fidem  
Christi egrediuntur, quoniam uiri fideles mori  
tur, & abundantius habebunt uitam, ueniendo  
quo pastor ille præcessit, ubi nunquam deinde mor  
iantur. Quanuis ergo & hic in spfo ouili non de  
fin: pascua, quoniam ad attruncq; possumus intelli  
gere quod dictum est, [Et pascua inuenier,] id est,  
ad ingressum & ad egressum, tamen tunc uera  
pascua inuenient, ubi saturentur qui esuriant & si  
tiunt iustitiam, qualia pascua inuenit, cui dictum  
est. Hodie mecum eris in paradiſo.

Luc. 23.

FERIA QVARTA PEN  
tecostes, Actuum II.

In diebus illis Stans Petrus cum unde  
cim, eleuavit uocem suam, & locutus est eis  
Viri Iudei, & qui habitatis Ierusalem uni  
uersi, hoc uobis notum sit, & auribus perc  
pite uerba mea. Et reliqua.

**P**ost aduentum sp̄. sancti in apostolos, quem  
adhuc præsenti festinitate celebramus, Iudei  
audientes apostolos plenos ip̄s sancto, omni  
um genera linguarum loquentes, stupebant valde  
& ad mirabantur Alij autem deridentes, dicebant,  
quia musto repleti sunt. Ignorantes tamen, uera di  
cebant, quia musto spiritalis gratiae erant repleti.

Matt. 9. Jam enim uinū nouū in utres nouos uenerat, cū apo  
R. 7. stoli nō in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus  
dei magna resonarent. Tunc [stans Petrus cum